Num.3. Ista reductiones ad culturam nec de iure communi possunt feri sine consensu dominorum terra sic redactæ, vel reducendæ. Cepola de seruit. rusti. c. 9. n. 40. 41. & 42. Et qui fecerit illas sine tali licetia, debet illas relinquere. Nec liberabitur soluendo interesse, sed debet reducere ad pristinum statum. Cepola sup. n. 42. fol. mihi. 373. Excepto casu, in quo illi, quorum præiudiciu versatur, approbent id. Gomez in. l. 59. Tauri. n. 6.

Num.4. Præscriptionem trium annorum, (de qua in foro allegato in num. 2. hic) intelligere debes, modò tamen adit bona fides in præscribente: quia cum mala fide non curret, reg. possessor malæ fidei. Vbi & Dinus & Couar. Et ad hanc præscriptionem incipiendam sufficet sola civilis possessio. Ad late tradita per Didacum Perez, lib. 3. tit. 13. l. 1. glofa. possyendo, folio. 1222. in ordinamentis Regni Castellæ. l. locum. §. proprietarius. ff. de usufructu.

Ad lib.3. tit.18.1.1. de Venatione.

Num.1. Ad verba, no puedan matar perdiz, &c. Quid in Aragon? lib. 3. tit. de venatoribus. c. fi. fol. 57. & tit. de venatione, leporum, & tit. de la prohibicion & vieda, fol. 57. in suis foris. De venatione & piscatione late Didacus Perez. 1. tomo lib. 2. tit. 22. ordinam. Doctores in tit. C. de venat. lib. 11. Ca san. in consuet. Burg. rub. 13. §. 7. Couar. in

reg. peccatū. 2. p. §. 8. Benediçus in. c. Rayn. verbo, & uxorem nomine Adelas, decis. 5. à n. 307. Lepus clausus in mea agro meus est. Cephalus conf. 136. n. 20. vol. 1.

Prohibita venatione ob venatoris, vel tēporis rationē, aut ob aliā causam publicam, vel priuatā, non tamē ex eo quòd animalia sint alicuius: acquisitū ex eo non est in foro conscientia restituendū. Couar. in reg. peccatū. 2. p. §. 8. n. 2. Capta per venationē à Iudice prohibitam possunt tolli per Iudicem à capientibus in pēnā criminis. Et grauitèr peccant contemnēdo præceptū Iudicis: sed tamen in foro cōscientia nō tenentur restituere taliacapta. Couar. sup. n. 4. Tenentur tamē restituere animalia: quæ quis priuatim inclusa viuarijs, leporarijs, piscinis, aut stagnis habebat, licet ab his locis animalia hæc exire soleant: modò habeāt cōsuetudinem eūdi & redeūdi. Couar. sup. n. 14. vers. primū.

Ad §. 2 l. 1. de Eadem.

Ad verba, Liebres no puedan ser corridas por los meses de Março, Abril, ni Mayo. Quid in Regno Aragon? lib. 3. tit. de venatione leporū, fol. 57. in suis foris. Itē si quis, reperiatur: quòd sit venatus. sed nō probatur, quòd in mensibus prohibitis sit venatus, debet absolui. Bart. in. l. nō solum. §. sed vt. n. 3. de noui operis nuntiat. Item licet vulneres faram bestiam: donec tamen eam capias, non erit tua. §. illud, de rerum diuis. Gregor. Lopez. l. 21. tit. 28. p. 3.

Ad §. 3. d. l. 1. de Eadem.

Ad verba, No pueda tener perdiz en gavia. Tempore niuiū in Regno Castellæ perdicis aucupari non licet. Couar. in regula, peccatum, 2. p. relectionis. §. 8. n. 3. Hæc nostra lex quoad perdicēs ligat clericos, lib. 2. tit. 19. l. 3. meæ Recopilationis legum huius Regni.

Ad §. 5. d. l. 1. de Eadem.

Ad verba, Ni tomar las perdices en el nido. Quid in Aragon? lib. 3. tit. de la prohibicion. c. 2. fol. 57. in suis foris.

Ad §. 6. d. l. 1. de Auctore dando.

Ad verba, Si no dà autor de qui è las caçò, in curra en pena à 50. libras, is in cuius posse res

Lepus clausus. Num. 2. Post prohibitionē restitui.

Probari. Fera vulnè rata an sit vulneratū?

Clericos ligat.

Auctorem dare debet is, in cuius posse reperitur res furata. res furata reperitur, tenetur in auctorem nominare eum, à quo rem illam habuit. Portoles ad Molinum. 1. tomo. §. autor, n. 1. fol. 164. l. civile est. C. de furtis. Aufrer. ad Capelā Tolos. decis. 151. in noua impress. à n. 2. Modò talis possessor sit malæ famæ: poteritq; aliàs torqueri, incidet enim in furti suspicionem. Aufrer. sup. n. 3. Et tenetur talis dare auctorem, licet sit minor, mulier, vel rusticus. Portoles sup. n. 2. Aymon conf. 178. n. 5. Et procedit etiam si emerit talem rem in nundinis. d. l. civile & Aufrer. sup. Benintendis decis. 34. n. 1. fecus de hoc vltimo in Aragō. Portoles sup. n. 4. fol. 164.

Ad lib.3. tit.18.1.2. de Cuniculis, & Venatione.

Num.1. Ad verba, ni matar conejos. Quid in Aragon? lib. 3. tit. de la prohibicion. c. 2. fol. 57. in suis foris. Clericus occidens hominem casu, venando vrsos, apros, & ceruos, qui armis capiuntur: si adhibuit tantā diligentiam, quantā laicus, ne homicidiū sequatur, non peccat. Sed incurrit in irregularitatem: sed nec in hanc incurrit si sequatur id in venatione, quæ sui natura in homicidium non dirigitur: qualis est venatio passerum, & perdicum ad aucupis cantum, vel accipitris sine armis in locis, vbi non est prohibita (licet clericus peccabit faciendo id in tempore: quo diuinis interesse tenetur) nec incurrit in irregularitatem si rogatus, vt se venantem committeretur, fulminis ictu periret. Nauar. in man. 1. tomo. c. 27 n. 237. vers. vigesimo septimo.

Num.2. Et licet venatio sit in aptenatura honesta & vtilis: tamen clericis est prohibita: c. quo rundam. 74. dist. Couar. in regula, peccatū, 2. p. §. 8. n. 3. quidquid tamen captum fuerit à clericis etiam illicite venantibus: propriū capientū sit: nec in foro conscientia restituendum erit. Couar. d. n. 3. Et debent clerici abstinere ab illicitis venationibus, & aucupijs. Tridenti. ses. 24. de refor. c. 12. vers. vestitu, fol. mihi. 298. de clerico venatore ad de lib. 2. tit. 19. l. 3. hic. Et Salcedo in praxi criminali. c. 69. incipit, venatores, fol. mihi 248.

Num.3. Monachi verò à venationibus, & aucupationibus semper abstineant, nec eis interesse: aut canes, vel aues venaticos per se, vel alios tenere præsumant: nec à familiaribus secum morantibus permittant. Nisi saltus, viuaria, vel garenas proprias, vel ius venandi in alienis haberēt, in quibus cuniculi, vel

feræ aliæ forsan essent: quo casu hoc eis permititur: dum tamen infra monasteria, seu domos, quas inhabitant, aut eorum clausuras. venaticos canes non teneant. Nec venationi præsentiam exhibeant personalem. Clem. 1. §. porro de statu monach.

Ad lib.3. tit.18.1.3. & 6. de Eadem.

Ad verba, venados, de iure communi licitum est venari ad leones, apros, vrsos, & c. C. de venat. farar. in. l. 1. vbi & Platea, lib. 1. quid in Aragon? lib. 3. tit. de venatione. c. fi. fol. 57. in suis foris. Quid de puercos monteses? lib. 3. tit. de la prohibicion. fol. 57. Laqueos, vel ceptos quis potest ponere ad vrsos, apros, & lupos: modo non ponat in loco alieno, in quo quis habet animalia, quæ habent consuetudinem redeundi. Platea in. l. 1. n. 2. C. de venat. farar. lib. 1. 1.

Num.3. Si in laqueum, quem venandi causa posueras: aper incidit, & ego capsi eum in eo: meus factus est, & si post fingiat. Desinit esse meus. l. in laqueum. 55. de adq. re. dom.

Num.4. Qui foueas vrsorum, ceruorumq; capiendorum causa faciunt. Si in itineribus fecerint: eoq; aliquid deciderit: factumq; sit detentius: lege Aquilia obligati sunt. Vel interdicto, quod vi aut clam. At si in alijs locis, vbi fieri solent: fecerint, ad nihil tenentur. Hæc tamen actio ex causa danda est. Id est si neq; denunciatum est, neq; scierit, aut providere potuerit. Et multa huiusmodi deprehendantur, quibus suum uictor petitor, si euitare periculum potuerit. Quæ modum si laqueos eo loci possideres, quous ponendi non haberes, & pecus vicini in eos incidit. l. qui foueas. 28. cum seq. ad leg. Aquil.

Num.5. Item si pastori meo lupi porcos eripuerint, & hos vicinæ villæ colonus cum robustis canibus & fortibus, quos pecoris sui gratia pascebat, contectus, à lupis eripuit: aut canes extorserunt: poterunt ab eo vendicari porci per me: quadiu persequi potuerit. Pomponius. 44. de adq. re. do.

Num.6. Ignobilibus id est, villanis, huius nostri Regni non licet venari, lib. 5. tit. 12. c. 8. fori generalis, vbi sic. Ningun villano non debe caçar ninguna caça sacando con tocho, saluo Fuero. de las fieras como puerco montes, onso, cierno, o corço. Pero oy los villanos no pueden matar ciernos conforme el lib. 3. tit. 18.

1.3. de mi Recopilacion de Leyes.





Ad lib. 3. tit. 18. l. 9. de Venatione, & Piscacione.

**Num. 1.** Prohibere venationem quis possit.  
**A**D verba, *no se hagan vedas de caça*. Princeps habens potestatem legis condenda potest venationem prohibere ex varijs causis. Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 8. n. 1. *vers. hinc, & vers. igitur*. Didacus Perez lib. 2. tit. 22. l. 1. Casan. in consuet. Burg. rub. 13. §. 7. Inferior autem à Principe iurisdictionem habens idem poterit, ad tempus aliquod & ex causa iustissima: non per modum legis, quam condere non potest, sed per edictum, ad perpetuum tamen non potest prohibere talis inferior nisi ius id per immemorabilem præscriptionem adquisierit. Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 8. n. 1. in fine.

**Num. 2.** Quinq; ad prohibitionem venandi requisita.  
**Q**uinq; tamen requiruntur ad iustam prohibitionem venandi, vel piscandi. 1. est auctoritas Regia iusta, aut consensus populi liber à metu. Aut præscriptio Canonica sine vi & metu introducta. 2. vt ob occasionem ferarum extra loca prohibita, non puniat eos, qui non procurant doljs eas è prohibito loco extrahi, vt extra illum eas capiant. Aliàs enim punire posset. 3. vt prohibeat in suis proprijs prædijs. Et sufficet, vt domini aliorum sua sponte in id consentiant. 4. vt restituat omne damnum, quod illæ faræ alienis prædijs faciunt, quorum domini in damnum eorum non consentiunt, quamuis in aliorum damnum consentiant. 5. vt caueat prohibens, ne subditi timentes eum & ministros eius & fugientes odium, indignationem, & minas eorum (quia eis sæpe opus habent) ea petere non audeant, quæ peterent ab alijs sibi paribus, quia eiusmodi metus etiã si alioqui non esset omnino iustus: inducit restituendi necessitatem, & ne venantes in locis prohibitis occidant, vel mutilent saltim pro prima vice. Nauar. in man. c. 17. n. 120. fol. mihi. 216.

**Num. 3.** In riuis prohiberi piscari.  
**I**n riuis in terris dominorum labentibus, nõ possunt dicti domini prohibere, ne quis piscetur, sicut nec Praesides hoc prohibere possunt, nisi consuetudo sit in contrarium. Guidopap. decis. 514.

**Num. 4.** Feras venari in alieno, vel volucres.  
**F**eræ bestiarum, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ mari, cælo, & terra nascuntur: simul atq; ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt, quod enim ante nullius est: id naturali ratione occupati cõceditur. Nec interest, feras bestias, & volucres vtrũ in suo fundo quis capiat, an in alieno? Planè qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia: potest à domi-

no, si is præuiderit, prohiberi, ne ingredia-tur. Quidquid autem eorum caperis: eorumque tuum esse intelligitur, donec tua custodia coerceatur. Cũ verò tuã euasserit custodiã & in libertate naturalẽ se se receperit: tuum esse desinit. Et rursus occupatis sit. Naturalẽ autẽ libertatẽ recipere intelligitur cũ vel oculos tuos effugerit. Vel ita sit in cõspectu tuo, vt difficilis sit eius persecutio. §. fare igitur, de rerũ diuisione. Capietes verò faras, aliaq; animalia intra fundum alienum: non tenentur in animæ iudicio ad restitutionem: sibiq; adquirent capta animalia etiã si agrum dominus ius venandi intra eum alicui locauerit, aut in vniuersum venationem in eo fundo prohibuerit ea ratione, quod ipse capere velit easdẽ feras intra proprium agrum enutritas, & pecunia vedere. Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 8. n. 9.

Potest autem quis de iure cõmuni venari, vel piscari in locis dominorum sine horum licentia. Casaneus in consuet. Burg. rub. 13. §. 2. à n. 13. fol. mihi. 1451. nisi tamen domini (qui habeant iurisdictionem) prohibuerint forma: de qua hic in. n. 1.

In diebus festiuis qui venatur non audita missa, peccat mortaliter: non tamen peccabit si eã audiat, & post venatur etiã lucra causa. Nauarrus in man. c. 13. n. 11. *vers. sexto*.

De colubis dicitur, quod colubarum fera natura est, tamen si cõsuetudine habet eundi, & redeundi: sunt in dominio nostro quoad vsq; habent animum reuertendi. §. pauonũ de rerum diuis. adeo quod pro eis diuidendis actio familiarum eriscunde competat. 1. Pomponius. §. idẽ Pomponius, famil. ercis. & retinet quis earum possessionem. 1. 3. §. item faras, de acquir. pos. Et veniunt in venditione fundi (cũ sint animalia in loco perpetuo mansura) si fiat cum columbario. l. fures & l. seq. de act. emp. Tirac. de retract. lignag. §. 2. glos. 7. n. 116. Bertazolus in clausula. 20. glosa. 16.

Prohibitum est capere colubas in alieno columbario etiã in suo. Et capietes committunt furtum, & accusari possunt de furto. l. Pomponius. §. 1. fam. ercis. §. Gallinarũ, de rer. diuis. Hoc tamẽ casu quando quis capit colubas alienas in suo, potest penitere: & non tenebitur eas relaxare. Barr. in l. qui ea mente de furtis, nisi ponat cimum, vel aliud in suo, causa ducendi colubas alienas: quocasu non poterit penitere, arg. legis quicunq; in fine, de feruis fug.

Si quis habet vsum fructum fundi, in quo est colubarium, quo modo possit eo vti? est. l. usufructuarium. §. si in varijs, de usufructu. Addeq; carmina proprietatum columbarum.

Post prohibitionem.

Num. 5. Id locis dominorum.

Num. 6. In festis an liceat venari?

Num. 7. De columbis (adde hic lib. 3. tit. 13. l. 1.)

Num. 8. De eisdem.

Num. 9.

Grana

*Grana legit, volitat sociata, cadauera vitat.*

*Felle caret, plangit, sociumq; per oscula tangit.*

*Oliuam ducit, binos pullos bene nutrit.*

*Petra dat hinc nidum: fugit hostem flammea visum.*

**Num. 10.** Pauones gallinæ & an faras.  
**P**AUONUM fera natura est §. pauonum, de rer. diuis. Gallinarum verò, & anserum non est fera natura ideoque si gallinæ tuæ, vel anseres tui, aliquo modo turbatæ, vel turbati: euolent: licet cõspectum tuum fugerint: quocumque tamen loco sint, tuæ, tuiq; sunt, & qui lucrandi animo hæc animalia detinet, furtum committit §. gallinarum, de rer. diuis. Gregorius Lopez in l. 24. tit. 28. p. 3.

**Num. 11.** Cerni, & animalia redire solita.  
**C**eruorumque natura fera est, §. pauonũ de rer. diuis in hisq; animalibus, quæ ex consuetudine abire, & redire solent, eouque tua sunt, donec animum reuertendi habent: quem si deserunt: sunt occupatis ea: & eũ tunc habent, cum reuertendi consuetudine deseruerint §. pauonum, circa finem de rer. diuis.

Ad lib. 3. tit. 18. l. 14. de piscacione.

**Num. 1.** Piscari an liceat in flumine.  
**I**N flumine publico piscari licitum est §. flumina de rer. diuis vbi & doctores excepto in sex casibus 1. est quando flumen est priuatum. 2. si ius piscandi est priuatum vt si est venditum per Principem 3. si est conuentio cum vicino, vt in domo sua piscari non possit, idem si sit conuentum, ne possit quis piscari in flumine publico 4. si Princeps, vel ciuitas prohibet, ne quis in flumine piscetur. 5. Est si consuetudo est, vt piscetur solum pro vsu publico, & non priuato, vel si consuetudo sit, vt piscari possit pro vsu priuato, tamen sit certo tempore tantum 6. si quis præscripsit ius piscandi: quia tunc alius in eo loco piscari non posset. Ita hæc omnia Cepola de seruit. vrb. c. 42. num. 3. Sed non sufficeret ei præscriptio 10, 20. nec 30. annorum. Balbus de præscrip. 4. p. 5. p. q. 6. nu. 4. fol. mihi 410. Sed à die prohibitionis sufficere 30. anni. Potius in rub. de rer. diuisione num. 8.

**Num. 2.** Per actum piscationis tempore inundationis, non censetur quis habere possessionem fundi, l. si ager, quibus modus vsufr.

Alex. conf. 57. nu. 6. & 9. vol. 7. Bertazolus, clausula 20. glosa 36. num. 7. folio mihi 108. col. 1.

Ad lib. 3. tit. 20. de confratrijs.

**Num. 1.** Ad iure tit. de colleg. illicitis Idẽ in Aragõ li. 4. vt monopolia, late Rebuf. ad leg. Reg. 3. tomo de magistris artificum, & constitutiones synodales huius Episcop. tit. de religiosis domibus c. 1. Pænã facientis monopolia sunt perpetuum exilium, confiscatio bonorum, & alia. Rebuf. sup. art. 4. glosa 2. num. 22. folio mihi 310. Sed de iure licitæ sunt confraternitates, quando ad licitum tendunt, vt ad Dei seruitium c. si qui clericorum 11. q. 1. Rebuf. 2. tomo de confrat. n. 1. fol. 329. l. 1. & per totum, de colleg. illicitis, adde latius hic num. 17.

**Num. 2.** Monopolium duodecim modis committitur.  
**M**onopolium committitur duodecim modis 1. quando illicitæ pactiones concurrunt, aut paciscuntur, vt species diuersorum corporum negotiationis non minoris quàm inter se statuerint aliqui, venundetur 2. quando homines congregati inter se conspirant, & impediunt, ne aliquis deponat in tali causa, quæ forte concernit dominum talis loci, ciuem aut alium 3. si quis conetur impedire, ne quis exerceat negotiationem vini, aut alterius rei: præter eum: etiam in vim rescripti Regij. 4. quando aliqui conueniunt, ne deferant frumentum in mercatum proximum: vt dominus illius loci vendat suum, vel vt homines illius loci prius suum vendant. 5. si aliqui conueniunt, quod cui habenti possessionem ruri, nullum præstetur auxilium, nec quis laboret in possessionibus illius. 6. si artifices inter se paciscantur, ne vllus illorum in illa arte instruat alios nisi filios, vel nepotes illorum. 7. si ipsi paciscantur, ne recipiant quem adiscentem, nisi immensum det pretium singulis annis, & quod non ostendat ei, nisi remaneat per tres annos, id, quod possent docere eum in vno anno 8. si ciues conueniant, vt officinæ & stationes tali pretio, &

Q5



tio, & non minori locentur, vel si locatores equorum conueniant, quod non locabunt equos nisi tali pratio, vel si domini domo riu conueniant, ut augeatur in immensum pefio domoru. 9. si mercatores agat ne alius deferat frumentum, vel vinum, seu alia vernalia, donec ipsi vendiderint, vel quod naues aliorum impediatur, vel retineantur. 10. qui dat arthas in emptionem omnium aromatum ciuitatis, ut ipse postea carius vendat, idem si quis emat totum frumentum, ut alij ex eo emant. 11. si mercatores nemorum, vel alij conueniant, ne emant iugerum, seu arpentum lignorum, vel alias merces nisi in tali pratio. 12. si artifices conueniant, ne quis quod alteri commissu sit opus, impleat, aut ne iniunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat. Ita hzc omnia refert, & probat Rebus ad leg. Regias 2. tomo tit. de magistris artificum art. 4. glosa 2. a n. 5. vsque ad 19. a fol. mihi 308. vsque ad 309.

Num. 3. Item stante, quod confraternitates tendant ad licitum (ob quod sunt licite, ut dixi hic num. 1.) sequitur, quod tales confraternitates sunt piz, & legatu illis relictu dicitur in piam causam. Alex. conf. 102. vol. 7. Decius conf. 72. col. 2. vers. *tertio*, Rebus ad leg. Reg. 2. tomo tit. de confratrijs n. 3. fol. mihi 329. Gabriel com. opin. lib. 6. tit. de pia causa, conclus. 1. num. 22. fol. 1566 idem si sit confraternitas pauperum, & indigentium. Gabriel sup. nu. 26. fol. 1566. hinc est, quod quilibet collegio, & confraternitati se adiungens, si teneatur singulis annis soluere pro seruitio diuino aliquid: hoc non est prohibitum, dum fiat ob honestam causam: ac etiam dum non dicatur in statutis: *ne quis recipiatur nisi soluat decem*, quia excludit pietatem, & sic comunione. Sed potest statui, ut receptus soluat tantumdem pro missis, ornamentis, & alijs rebus necessarijs confratrie. Archid in c. si quis 42. dist. Innocen. in c. inter dilectos, de donat. Roman. sing. 344. Ex quo & sequitur, quod iudex potest compellere has confraternitates, ut ostendant sibi illarum statuta. Rebus sup. n. 4. fol. 329. Abib. in cap. Præt. c. 2. glosa *confederacion*, n. 10. fol. 77.

Num. 4. Sequitur etiam, quod dicte confraternitates licite non debent prohiberi, & si dissoluantur, earum bona ad superiorem pertinent, sed non possunt illa sibi retinere confratres, quia semel Deo dicatum, non est ad humanos vsus transferendum, reg. semel in 6. Rebus sup. n. 5. fol. 330. Sed si sint illicitæ, & dissolui iubeantur, earum bona

poterunt diuidere inter se ipsi confratres sibi, l. collegia, de colleg. illiciti. Bart. in l. fodales n. 22. e.

Et nisi probetur, quod confraternitates sint constitutæ cum auctoritate superioris, presumuntur illicitæ, l. collegia §. in summa, de colleg. illicitis. Item hæ confraternitates licite sunt capaces legatorum, & hæreditatum, ut eis legari, & hæredes institui possint, l. collegium. C. de hæred. instit. l. cū senatus, de rebus dub. Castillo de vsu. 1. tom. c. 54. a n. 24. Relictumque confraternitati, potest solui cōfratribus eius. Gabriel. com. opin. lib. 6. de pia causa, conclus. 1. n. 18. fol. 1565.

Sed eæ confraternitates licite non sunt beneficia, extranag. vnica, de decimis in comunibus ex quo sequitur: quod ex bonis, quæ habent decimam Papalem, nec Regalem soluere non tenentur, quia ex folis beneficij illæ soluntur. Nec ex legatis eis relictis debetur quarta pars Episcopo: sicut soluitur de alijs rebus relictis Ecclesie, c. requisisti, de testam. quia personis, & non loco relictu presumitur. Abbas, & Imol. in c. officij de testam. & quia non sunt loca sacra, nec religiosa, nec de iurisdictione Episcopi, excepto quod si habent proprium templum, quarta Episcopo deberetur. Alex. conf. 102. vol. 7. Rebus 2. tom. de confratr. n. 8. fol. 330. Abiles in cap. Præt. c. 2. glosa *confederacion*, nu. 10. fol. 77. Gabriel com. opin. lib. 6. tit. de pia causa, conclus. 1. nu. 1. & 2. fol. 1564. Nec erit pius locus licet ibi sit campana, & quandoque missæ celebrentur, n. 8.

Sed & non potest officilis vnus confratrie licite vnire alteri confratrie vtensilia, seu alea bona illius confratrie, l. quisquis, & l. pen. C. de spect. lib. 11. nisi hoc fiat de consensu confratrum, & officialium illius confraternitatis, & Episcopi c. i. de reb. Ecclési. quia non debet vnus altare exui, ut aliud induatur, l. asiduis C. qui potiores E si fundatæ sint cum licentia Episcopi: illarum bona Ecclesiastica erunt, nec alienari poterunt sine solemnitate requisita ad alienandas res Ecclesiasticas. Castillo de vsu. c. 54. n. 24. alijs poterunt confratres illa alienare sine consensu Episcopi, & sine dicta solemnitate: erit tamen necessaria solemnitas, quæ in rebus prophanis rerum vniuersitatis exigitur, ut scilicet fiat congregatis hominibus confraternitatis, presentibus in loco solito ad sonum campanæ. Ruynus conf. 175. vol. 1. Ioseph. Ludol. decis. 93. nu. 37. Castillo sup. Abiles in cap. Præt.

Præt. c. 2. glos. *confederacion*, nu. 10. fol. mihi 77. quia non erit collegium piam, sed prophanum. Bald. in auth. hoc ius porrectum, n. 3. C. de sacrosanct. Gabriel com. opin. li. 6. de pia causa, conclus. 1. numer. 12. folio 1565.

Num. 8. Item adde quod confratres possunt renuntiare confratrie, dum tamen nihil sibi retineant de bonis illius, alioquin antequam renuntient, illa debent reddere. Rebus ad leg. Reg. 2. tom. de confratr. n. 21. fo. 331. Relicta confratrie licite, censentur relicta pro anima relinquentis, & sic ad pios vsus, nec patietur Trebellianicam. Gabriel lib. 6. co. opin. de pia causa conclus. 1. n. 10. & 11. fol. 1565.

Num. 9. Sequitur etiã, quod dato quod istæ confraternitates licite sint loca profana ut dixi hic n. 7. Illarum personarum debent conueniri coram iudice seculari pro rebus tangentibus ad eas confraternitates. Abiles sup. nu. 10. fol. 77. idem & ipsæ confraternitates tanquam tales d. nu. 10. si verò maior pars confratrum sint clerici: in prophanis debent conueniri coram iudice Ecclesiastico: si sint laici, coram seculari: si æquales in numero, coram Ecclesiastico, quia magis dignum. Bart. in l. Sodales, num. 14. & 15. de colleg. illiciti. l. in rebus spiritalibus, vel Ecclesiasticis semper conueniendi sunt confratres coram iudice Ecclesiastico. Bart. sup. c. decernimus, de iudicijs. Gabriel sup. num. 14. fol. 1565. Et de his se intromittere, & visitare posset iudex Ecclesiasticus. Ergo quoad has sunt intelligendæ declarationes Cardinalium posita supra fo. 15. n. 14. 15. & fol. 17. n. 68 & 70. sed quoad alia per Episcopum talia loca visitari non possunt. Gabriel sup. nu. 15. nisi ad effectum videndi, an bona illarum dispensentur iuxta voluntatem fundatorum, vel testatoris? Gabriel sup. n. 17. Et confraternitatis administratores singulis annis debent reddere rationem administrationis Episcopo, nisi aliter in fundatione cautum sit. Trid. ses. 22. de refor. c. 9. vel nisi consuetudo sit contraria d. c. 9.

Num. 10. Item confratres non solum possunt esse laicis, sed etiã feminæ, nisi statutum dicet oppositum. Bart. in l. Sodales nu. 16. de colleg. illiciti.

Num. 11. Sed an quis possit esse confrater in duabus confratrijs? resp. affirmatiue: nisi exercitium vnus confratrie sit impedimentum ad exercitium alterius. Bart. sup. numer. 18.

Num. 12. Et an quis possit exire de collegio, vel de confratria, quam intrauit: & aliud intra

re nõ obstare cõtradictione alicuius? Resp. affirmatiue. Bart. sup. n. 19. & libere potest exire, l. 1. in fine, de colleg. illiciti.

Item, an pacta, quod in confraternitate, vel collegium nõ possint ingredi nisi certæ personæ, valeant? Resp. negatiue, quia esset reprobata, nisi fierent ex iusta causa, ut ne scilicet possit ingredi homo rixosus, vel turbulentus. Bart. sup. n. 19. l. fi. de offi. Proconf. Casar.

Sed an statuta possint facere confraternitates, & de quibus rebus? Resp. quod poterunt de solis rebus spectantibus ad artē suam, non de alijs, l. fi. de iuris omn. iud. Bart. in l. Sodales num. 20. de colleg. illicitis.

Et an syndicum, & coadunationes facere possint? Resp. posse pro earum iustitia conseruanda de his, quæ simul debent facere, de alijs verò non, l. 1. quod cuiusq; vniuersi. Bart. sup.

Item per quas personas regantur istæ confraternitates? Resp. per illum, quem volunt ipsi confratres. Bart. sup. n. 12. excepto quod si inter illas sint clerici: non poterant ij subijci alicui seculari. Bart. sup. numer. 13.

Sed queritur *ultra dicta* n. 1. quæ collegia, vel confraternitates sint licite, vel illicitæ? Resp. quod collegia, vel confraternitates, quæ sunt causa Religionis, sunt approbatæ de iure ciuili, l. 1. §. sed religionis, de colleg. illicitis, ut sunt collegia, vel confraternitates disciplinatorum, misericordiarum, & iubantium oppressos. Bart. in l. fodales, n. 6. de colleg. illicitis. Nec requiritur adhas auctoritas Pape, nisi ad effectum, ut confratres fiant personæ religiose c. religionum diuersitatem, de relig. dom. in 6. Bart. sup. n. 6. Item est approbata de iure ciuili confraternitas, vel collegium doctorum, & scholarium, auth. habita C. ne fi. pro, c. quia in causis, de procur. Bart. sup. n. 7. Item approbata sunt collegia, vel confraternitates plurium facientium vnā artem in vna ciuitate, vel loco, l. fi. de colleg. illiciti, adeo, quod omnes artes enumeratæ in l. fi. de iure immunit. sunt approbatæ, glosa in l. 1. quod cuiusque vniuersi. Permittitur etiam personis pauperibus facere collegium, vel confraternitates simul ad sustentationem eorum vitæ, dummodo non conueniant plus quàm semel in mense, l. 1. de colleg. illiciti. Alij cōfraternitates sunt reprobate Bart. sup. n. 10.

An destructo collegio, vel confraternitate pereant priuilegia ipsius? Resp. affirmatiue



matie, si destruat per superiorem ob defectum ipsius confraternitatis, l. cum usufructu ff. quibus mod. usufr. Bart. sup. nu. 24. secus si ob guerram, vel ob alium casum confraternitas recedat quo casu hæc privilegia retinent loca, à quibus denominabatur vniuersitas. Bart. sup. & Innocen in c. 2. de oper. noui.

Ad lib. 3. tit. 21. l. 1. de modo procedendi contra absentes in criminalibus.

**Num. 1.** Ad verba lo haga emplaçar por tres plazas, de iure est talis absens citandus. Iulius Clar. §. fi. q. 31. nu. 1. quod si ignoretur delinquens, tunc per proclama debet citatio fieri, Clar. sup. n. 16. An ter debeat citari, n. 22. vbi quod non nisi semel. Sed peremptoria requiritur, num. 23. & quid si delinquens sit extra territorium iudicis? nu. 19. vbi quod per requisitoriam sufficit, si fiat notificatio in domo sua, & ibi debeat poni copia talis citationis, num. 15. 16. & 18. De iure communi non potest contra absentem deueniri ad sententiam occasione delicti: de quo ipse reus inculpat. Gomez in l. 71. Tauri num. 1. Clar. §. fi. q. 44. num. 2. secus de consuetudine vniuersali, vt Clar. sup. num. 3.

**Num. 2.** Ad verba la qual carta contenga el delicto, de que es acusado fol. 138. idem est de iure Iulius Clar. sup. q. 31. num. 9. & tali absentem debent annotari bona per inuentarium. Iulius Clar. §. fi. q. 44. num. 2. & 3. & est etiã post citandus, d. n. 2. & 3.

**Num. 3.** Ad verba siendo le acusada la segunda reuelada, fol. 138. de iure debet ei incussari contumacia. Clar. sup. q. 44. n. 7. & 8. & iudex ex officio debet se informare de incontinentia talis absentis, d. q. 41. n. 12.

**Num. 4.** Fuga. Ad verba de mas de la fuga, hæc fuga non facit probationem plenam contra reum. Gomez in l. 76. Tauri, nu. 12. facit tamen indicium ad torturam in grauibus delictis merentibus penam corporalem. Ferrar. in praxi in forma inquisitionis §. hæc est, n. 16. fol. mihi 514. Menoch. conf. 95. nu. 35. vol. 1. quod vero dixi, fugam facere indicium ad torturam, intellige modò reus fugerit antequam denunciauerit, & iudex aliquid preparauerit contra reum: sed si fugit postquam est inquisitus de crimine, tunc non

est præsumptio contra eum, quia iuste debuit, & potuit timere. Ferrar. sup. n. 16. additio (a) fo. mihi 514. Et Bar. in l. 1. ff. de his qui mortem sibi.

**Num. 5.** Que omnia intellige, quando fuga obijciatur alicui ad probationem alterius criminis: sed si obijciatur pro ipso crimine: ipsa probata: censetur & probatum ipsum crimen, l. desertorem, de re milit. Sed si obijciatur pro crimine solius suspicionis, vt in suspecto tutore: tunc fuga est probatio plena, l. impuberibus ff. de suspect. tut. Et licet obijciatur fuga ad probationem alterius delicti, & non faciat plenam probationem vt dixi hic, tamen si fugiens labore alia suspicionem, secus erit, vt l. fi. C. qui numero tut. Et familiaris recedens fugitiue, videtur, furatus esse res, quæ in domo non reperiuntur, glossa actuum, in §. fi. vero, auth. de exhi. reis De hac fuga vide alia in Iulio Claro §. fi. q. 21. à num. 19. Menchaca, quæst. vlt. sup. eq. c. 26.

**Num. 6.** Ad verba, y lo condene en la pena, que mereciere, fol. 138. p. 2. quid de iure? Gomez in l. 76. Tauri n. 10. Cla. §. fi. q. 44. n. 10. & sic cõdemnatus appellare non posset. Bart. in l. 1. C. quorum appellat. Felinus in c. 15. num. 28. de re iud. Capicius decis. 139. Rota Decis. 16. tit. de dolo, & cõtum. in nouis. Boerius decis. 206. nu. 9. Clar. §. fi. q. 44. num. 11. & ad hanc sententiam condemnatoriam esset citandus reus. Iulius Clar. §. fi. q. 44. num. 13. & statim lapso termino posset condemnari, n. 14.

**Num. 7.** Ad verba pagando las costas, y contumacia, y homicidio, sea oydo, fol. 138. p. 2. contumax veniens intra annum est audiendus de iure. Iulius Clar. §. fi. q. 44. nu. 2. & 3. & tunc in suo robore debent remanere acta præterita. Gomez in l. 76. Tauri nu. 11. & 13. Debet tamen etiam de iure soluere primò expensas factas. Baldus in l. is apud, n. 6. C. de edendo.

**Num. 8.** Ad verba el processo echo sea valido, fol. 138. p. 2. idem de iure Gomez sup. num. 11. & 13. & debet audiri, si vellit allegare (quando comparuit intra annum ante sententiam) causas suæ innocentie. Clar. §. fi. q. 44. num. 2. 3. 6. & 11. Et si post sententiam comparuit, vel fuit captus: debet remanere in sua vi processus antea factus. Gomez in l. 76. Tauri num. 13. & non debet audiri post sententiam allegando causas suæ innocentie. Clar. sup. numer. 11. & est audiendus, si veniat intra annum, & timeatur pena confiscationis suorum bonorum. Clarus d. q. 44. n. 2. 3. & 4.

43. Vtilitates pronenientes ex contumacia, vide in Rebuf. ad leg. Reg. 3. tomo tit. de contumacia art. 13. glossa vnica, fol. mihi 127.

**Num. 8.** Ad verba saluo el derecho que su muger bouiere en ellos, fol. 139. pro delicto enim mariti non debent confiscari, bona, vel actiones suæ vxoris. Gomez in l. 53. Tauri nu. 79. Garcia de expensis c. 13. num. 18. C. ne vxor pro marito. Nec arrhæ de foro nostri Regni lib. 4. tit. 3. c. 9. ibi emperò las arras: que dio con fermes aquel: qui lleba la muger agena casada forçada, a su muger en casamiento, non deben ser emparadas a la muger, ni a las creaturas, que fizieron, o faran en vno.

**Num. 9.** Ad verba si muriesse antes de cumplir el plazo del año fol. 139. si reus moriatur: quid faciendum, sit de iure? Clarus §. fi. q. 44. num. 5.

**Num. 10.** Ad verba siendo viuo, si passare el año, y quisere entrar en derecho: debe ser oydo fol. 139. Idem de iure intra annum. Clarus §. fi. q. 44. num. 2. 5. & 11. Abiles in cap. Præf. c. 15. glossa homezillos, à n. 27. fol. 168.

**Num. 11.** Ad verba, y si probare escussas bastantes, deue ser dado por quitto fol. 139. idem de iure Clarus §. fi. q. 44. n. 2. 3. 5. & 11. & poterit recuperare sua bona ei ablata, statim ac intra annum compareat, & se defendat. Clar. §. fi. q. 44. n. 5.

**Num. 12.** Ad verba el juez admita por el tal ausente se qualquiera, que quisere fol. 139. idem de iure. Iulius Clar. §. fi. q. 33. n. 2. Capicius decis. 143. an sine mandato possit admittere talem excussatorem? Clar. n. 3. & iste debet dare fideiussorem de sistendo in indicio reum absentem quem defendit, n. 4. Admittere posset patrem pro filio, dominum pro seruo. Abbatem pro Monacho, ciuitatem pro ciue, Episcopum pro clerico, vxorem pro suo marito. Clarus §. fi. q. 33. n. 5. an procuratorem? Bosius in praxi tit. an in criminalibus, folio 479. vbi an excussatorem, & hic à n. 16.

**Num. 13.** Ad verba, y no pareciendo instruydor, el juez de officio se informe de la inocencia del acusado, fol. 139. idem de iure. Clarus §. fi. q. 44. num. 12. adde Cepolam cautela 65. numer. 2.

**Num. 14.** Item in Regno Castellæ qualiter procedatur contra absentes in criminalibus? Didacus Perez, lib. 3. tit. 11. l. 9. ordinamentorum Regni Castellæ, & Gomez in l. 76. Tauri vbi & Castillo, & Paz in praxi 1. tomo 5. p. c. 4. fol. 179. Vel in Regno Aragonum? lib. 9. tit. de modo, & forma procedendi in criminalibus c. porque, fo. 156. in foris illius

Regni, & tit. de processu contra citatos c. e por dar, fol. 158. & ibi, c. fi. in dictis foris. Qualiter de iure communi? Iulius Clarus §. fi. q. 31. 33. & 44. Gomez in l. 76. Tauri vbi alij. Guidopapa decis. 429. Bosius in praxi tit. de requirendis reis folio 461. qualiter in curia Ecclesiastica? Salcedo in praxi. c. 152. incipit si verò capi, folio 491. & Paz sup. vbi & de iure ciuili.

De citatione circumducta.

**Num. 15.** Sed quia hic agitur de citatione: obiter de citatione circumducta dic, quod non interruptit præscriptionem. Balbus de præscrip. 2. p. 3. partis, 6. p. q. 4. n. 22. à folio mihi 609. Felinus in c. illud, n. 5. de præscriptionibus. Item comparitio subsequens non validat citationem nullam. Balbus sup. in 3. p. 6. p. q. 4. nu. 28. fol. mihi 598. Citatio si fiat in die feriata ad non feriatam an valeat? lib. 4. tit. 3. à n. 1. hic, Et non obstante citatione circumducta currit annus contangui neis ad retractum: qui citauit, sed fuit circumducta Tiraq. de retract. lignag. §. 8. glof. 2. n. 8. folio mihi 153. Item parte non comparente non circumducitur edictum ipso iure: sed præsens debet petere circumductionem termini, & se absolui à citatione, & cõlicentia iudicis, & non aliàs debet recedere à iudicio. Didacus Perez lib. 3. tit. 2. l. 1. q. 10. folio mihi 821. in ordinam, Regni Castellæ.

An procurator pro absentem admittatur in criminalibus?

**Num. 16.** Procurator pro absentem de iure communi non admittetur vbi non potest imponi pena corporalis. Bart. in l. de iniuria, n. 2. de iniurijs, l. 2. de custas. eo. Sed si reus accusatur pro crimine merente penam sanguinis, & pro alijs non merentibus eam, in istis non merentibus admitti poterit procurator. Bart. in l. iam tamen §. si tamen plures ff. iudicatum solui, Et sic in actione iniuriarum, quia potest habere locum pena corporalis, l. fi. de iniurijs: non admittetur procurator, quod relinquo arbitrio iudicis.

**Num. 17.** Sed admittetur pro persona illustri in criminalibus procurator. Bart. in l. fi. num. 1. C. de iniurijs. Sed non admittetur pro alijs



alijs, si pro delicto imponatur pœna pecuniaria, vel corporalis alternatiue. Bart. in d. l. fi. n. 2. & admittetur in criminalibus merentibus relegationem temporalem: secus si merentur relegationem perpetuam, l. pe. §. sed crimen, de pub. iud. Menchaca quest. vsufreq; lib. 2. c. 17. n. 6. Ad allegandas tamē causas absentie in criminalibus, in quibus absens condemnari potest, potest admitti procurator Menchaca sup. n. 2. nec tenetur satisfacere, sed allegare non poterit causas iuris, sed facti. Menchaca sup. n. 8. 9. fol. mihi 73. adde n. 21. hic.

Num. 18. Si de facto admittatur procurator in crimine publico pro absente: processus erit nullus, licet non obijciatur. Méchaca quest. vsufreque li. 2. c. 21. sed si reus est detentus, potest pro eo interuenire procurator in criminalibus. Bart. in l. non tantum n. 2. de appellat. Pro accusatore veró admittetur procurator. Bart. in l. licet, in principio, de procurat. Maranta de ord. iud. 4. p. nu. 41. fol. mihi. 92.

Num. 19. Aliquis acúsatur de crimine, vel contra eum denunciatur, ipse cauit, & petit, se admitti ad media causæ per procuratorem, poterit admitti l. 2. C. de accusat. Guidopapa decif. 338. n. 1. Baldus in l. feruum quoque §. publice vers. sed in xta hoc queno, de procurat.

Num. 20. Poterit tamen procurator admitti pro absente reo, si alleget, & proponat declinatoriam fori, dicendo, reum non esse de foro, vbi atufatur: vel in eo non perpetrasset (sed extra) delictum: non tamen admittetur quoad testes producendos: sed sic ad hoc vt videat testes partis aduersæ iurare. Guidopapa decif. 338. n. 2. Procuratorq; in criminalibus tunc non admittitur pro reo, si vellet suscipere iudicium pleno iure, sicut in civilibus, & excusare reum à contumacia. Sed posset admitti, & assistere defensorio nomine ad instruendum iudicem, & probandam innocentiam rei. Marata sup. n. 42. fol. mihi 93.

Num. 21. Procurator in criminalibus pro reo admitti poterit ad probandas causas absentie, quas dicit esse veras. Guidopapa decif. 338. n. 4. A procuratoreque, qui allegat causas absentie: exigitur iuramentum calumnie, quod non calumniose alleget eas. Guidopapa decif. 338. n. 3. adde n. 17.

Num. 22. Nec procurator admitti poterit pro reo absente in criminalibus, si per statutum pro tali crimine debeat imponi pœna pecuniaria, cum tamen corporalis deberet imponi de iure, quia initium est spectandū

Guidopapa decif. 338. n. 5. Procuratorque generalis ad omnes causas, non potest comparere in causa criminali sine speciali mandato. Guidopapa decif. 338. num. 6. & ibi eius additio.

Ad lib. 3. tit. 21. l. 2. de citatione per edicta, & de modo procedendi contra absentes in ciuilibus.

Num. 1. Ad verba, los que estuieren ausentes vltra mar fol. 139. p. 2. de iure communi qualiter procedendum sit in ciuilibus contra absentes? Gregor. Lopez l. 12. tit. 2. p. 3. Paz in praxi 1. p. tomo 1. in 2. tempore, nu. 56 fol. 33. & fol. 88. à n. 6. Olanus licera (c) verbo contumax (adde hic n. 2.) quid de iure nostri Regni contra absentes ab eo non tamen vltra mar? lib. 2. tit. 3. c. 1. & 2. fori generalis dicti Regni, & c. 5. del amejoramiento del Señor Rey don Phelipe, quod est hic in num. 5.

De citatione per edictum an post huius terminum quis audiri possit, & alia de eo? fol. 52 n. 29. & 30. hic. lib. 1. tit. 18. l. 1.

Num. 2. Ad verba se cree vno de los procuradores por defensor fol. 139. p. 2. de isto defensore vide multa, & ad quid teneatur? in Speculatore lib. 1. particula 3. tit. de defensore. Et de dicto procuratore. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu 150. Paz in praxi 1. tomo in 3. p. à folio 88. Gama decif. 15. Greg. Lopez l. 12. tit. 2. p. 3. De iure communi curator bonorum dandus est ad instantiam actoris bonis absentis vltra mar, vel in hostibus, vel in partibus remotis si de proximo non speratur eius aduentus. Paz sup. n. 5. & 6. vel nisi absens reliquisset procuratorem num. 7.

Num. 3. Decem casus, in quibus habet locum citatio per edictum, vid in Maranta de ordine iudiciorum 6. p. 1. membro à num. 82. de qua citatione late Bart. in extrauag. ad reprimendam vers. per edictum, Felinus in c. quoniam frequenter §. porro, vt lite non cõtestata. In hac citatione quis non auditur regulariter lapsò termino. Felinus in c. gratum n. 3. de officio Delegati latius hic fol. 52. n. 29. & 30. lib. 1. tit. 18. l. 1.

Num. 4. Ad illa verba se notifique, adde Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 150. Paz in praxi 1. tomo in 3. p. fol. 88. Gama decif. 15.

Ad

Num. 5. Facto.

Ad verba, les pare a los tales ausentes el perjuicio del fuero del amejoramiento del Señor Rey don Phelipe, que comienza (todo buē iuge) cuius verba sunt. Todo buē iuge debe tirar las malicias de los pleyteantes. Por esto establecemos, que en ninguna citacion no aya emparança de año, y dia. Más si la accion es real de eredades, o personal de bienes muebles, o denda: si el citado no parece a la citacion: que por falta de dia sus bienes sean emparados ata 30 dias, & si sofriere la emparança 30 dias: de los 30 dias adelant, finque el portero dentro en la emparança otros 30 dias, & si dentro de los 60 dias dichos no viniere a cõplater de dreyto: sea dada la possessiõ delas eredades (q̄ demanda) al quereyllant, & seyendo en possessiõ, & haciendo los frutos suyos, que pleyteen sobre la propiedad: si quisieren, Et si la demanda es personal de bienes muebles, o denda, que despues de los dichos 60 dias, la demanda vaya por confessada, & fãgase la execucion sobre los bienes del citado.

Ad lib. 3. tit. 22. l. vnica de censibus super immobilibus imponendis.

Num. 1.

Ad verba se señalen bienes rayces especificados, y no generalmente fol. 140. adde, quod de iure communi census non posset constitui super bonis generaliter obligatis. Nauarrus 2. tomo de vsuris n. 86 extante motu proprio Pij Quinti: de quo & vide Felician. 1. tomo de censibus lib. 1. c. 8. nu. 10. & in 2. tomo lib. 1. c. 4. nu. 1. vers. est etiam, Couar. var. lib. 3. c. 7. nu. 5. Gayl lib. 2. obseruatione 7. à nu. 10. Calaneus in consuet. Burg. rub. 11. §. 6. in textu daucunē, vers. additio, fol. 1419. Gregorio Lopez, glossa 3. colum. 4. in principio, & in medio l. 28. tit. 8. p. 5. Sed si super bonis specialiter hypothecatis, & suis limitibus definitis, ac circumscriptis constituatur census, & alia res generaliter post obligentur ad census solutionem: valebit talis census etiam stante motu proprio Pij V. Felicianus sup. 1. tomo lib. 1. c. 8. n. 10. Valebit etiam quando debitor obligat se, & sua bona generaliter, & specialiter, vt Felicianus sup. & Matienzo. l. 1. tit. 15. de los censos lib. 5. noua compillar. glossa 1. num. 5. & 6. Gutierrez. pract. lib. 2. q. 177. nu. 8. Sed tamen talis res specialiter hypothecata ad census, debet esse talis, vt eius redditus æquent, aut superent census in ea constitutum, & hoc

ante motum proprium Pij V. Gregorio Lopez glossa 3. columna 3. post modiam l. 28. tit. 8. p. 5. Nauar. 2. tomo de vsuris n. 79. vers. octaua, & num. 112. Et etiam post mortum proprium Pij V. Nauar. sup. n. 85. vers. octaua, & Gutierrez pract. lib. 2. q. 177. Super sola persona non posset constitui census, late Felici. 1. tomo lib. 1. c. 8. à num. 3. Gutierrez pract. lib. 2. q. 177. nu. 2. Nauar. sup. num. 81. Sed habens hypothecam specialem, & generalem in censibus, non tenetur i. agere contra debitorem, vel tertium possessorem ad bona specialiter hypothecata. Couar. var. li. 3. c. 18. Fontanella de pact. nup. clausula 4. glossa 18. p. 1. n. 86. fol. 280. Super quibus rebus possit, vel non constitui census? Felicianus 1. tomo lib. 1. c. 3.

§. I.

Num. 2. Ad illa verba que no se exechte la persona sino en defecto de bienes fo. 140. adde quod de iure capi persona pro debito nõ potest nisi prius excusis bonis. Maranta de ord. iud. 6. p. in 3. actu, num. 9. & 23. bene Fontanella de pactis nup. claus. 4. glossa 18 p. 4. n. 28. & c. fol. 295.

Ad §. II. An census debeat esse in pecunia numerata?

Num. 3. Ad illa verba, que el censo sea a dinero a seys por ciento, idem in Castelia lib. 5. tit. 15. l. 4. Recopil. illius Regni fo. 346. Nota quod etiam ante motum proprium Pij 5. ad validitatem census constituendi, requireretur pecunia numerata, post extrauagantes Martini. 5. & Calixti 3. c. 1. & 2. extrauag. de emptione in illis verbis ipsi venditori tunc integraliter in pecunia numerata, & ita tenet Rebus. ad leg. Reg. 2. tomo tit. de cõstitu. reddit. art. 1. glossa 5. Felicianus de censibus 1. tomo lib. 1. c. 9. num. 6. & in 2. tomo lib. 1. c. 8. n. 6. Nauar. 2. tomo de vsuris, nu. 79. vers. quarta, Ex pecunia numerata mutuata ante contractum censualem potest constitui census: sed non ex pretio rei ante vendita non taxato pretio nec ex pecunia habita fide de pretio danda. Fontanella de pact. nupt. claus. 4. glossa 18. p. 2. num. 10. vsque ad 16. Rodriguez in explicat. Bulæ de censibus vers. digo lo quinto, Et sic intellige Felicianum de censibus 1. tomo lib. 1. c. 8. num. 13.





